



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117921**

§. 16. Concilium Ravennatense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

Sæculum X. duo alia e coxis insidentis utrinque pen-  
 A.C. 967. debant, qui in capite etiam tertium ge-  
 MS. ap. stabat. In isto habitu virgis quoque ca-  
 Bar. & Pa- debatur, & mille conviciis proscindeba-  
 pebr. tur. Tum conjecitur in carcerem, in  
 quo postquam diu fuisset, ultra montes  
 e patria relegatur. Jubente Imperato-  
 re osia Comitis Rosfredi, qui in Papam  
 manus injecerat, & Stephani Vestiaro  
 præpositi, effossa sunt.

## §. XVI.

*Concilium Ravennatense.*

to. 9. Conc.  
 p. 674.

† seu Ge-  
 roldi.

**H**is peractis Otto Imperator cum Pon-  
 tifice Ravennam se confert, ibique,  
 Festis Paschalibus anno nongentesimo  
 sexagesimo septimo celebratis, Conci-  
 lium in Ecclesia S. Severi convocat, cui  
 complures Episcopi Italiae, Germaniae &  
 Galliae interfuere. In eo multa ad utili-  
 tatem Ecclesiae statuta. Imperator Pa-  
 pae Ravennam, hujusque civitatis Ditiones  
 reddidit, vel potius Restitutionem  
 prius factam confirmavit. Duo hujus  
 Concilii ad nos pervenerunt Decreta;  
 primum ad Depositionem Heroldi † Ar-  
 chiepiscopi Salisburgensis pertinet, qui  
 oculis ob patrata crimina privatus fue-  
 rat; quippe accusabatur, quod Ecclesiis  
 spoliatis earum thesauros Gentilibus  
 tradidisset, quibuscum in Christianorum  
 necem & agendas prædas conspirasset;  
 &



& quod contra Dominum Imperatorem rebellis extitisset. Quare Pontificis Antecessores perduellem deposuerant, & ejus loco Fridericum ab omnibus Nobilibus Bavarix, a Clericis & Laicis, postulatam ordinari jusserant. Cum vero Heroldus lumine utroque orbatus & depositus nihilominus Missas Pallio indutus celebraret, Joannes Papa in hoc Concilio, ipsius Depositione & Friderici Electione confirmata, omnes Heroldi fautores & Sectatores excommunicat. (\*) Hoc Decretum 25. Aprilis, Indictione decima, seu anno Salutis 967. datum est, cui ipso Summo Pontifice adnumerato Episcopi quinquaginta septem subscripserunt. Post  
Ponti-

(\*) In Historia Salisburgensi Lib. III. Cap. XX. plura afferuntur argumenta, saltem probabilia, quibus Heroldus Archiepiscopus defenditur. Primum, quod in Tomis Conciliorum apud Reginonem, apud Baronium & Spondanum nullibi illius Decreti mentio fiat, & unde Gevvoldus illud acceperit conjicere difficile sit. Secundum, quod in monumentis quibusdam Heroldus illo anno jam mortuus tradatur. Tertium quod dubitari possit, an omnia illata crimina fuerint vera, & in Concilio Ravennæ absens defensione caruerit. Quartum, quod antiqua Monumenta Salisburgensium de perfidia vel societate cum rebellibus nihil meminerint, sed execrationis causam longe aliam prodant.



Sæculum X Pontificem Imperator signum apposuit.  
 A. C. 967. Tum legitur Rodoaldus Patriarcha Aquilejensis, Petrus Archiepiscopus Ravenas, Walpertus Mediolanensis, Lanwardus Episcopus Mindensis, Otkerus Spirenensis. Reliqui omnes sunt Itali. Altero hujus Concilii Decreto Magdeburgum in Metropolim erigitur, vel verius ea, quæ Romæ anno nongentesimo sexagesimo secundo decreta fuerant, tunc opere impleta.

*Sup. Lib.*  
*LV. §. 48.*

## §. XVII.

*S. Adalbertus Archiepiscopus Magdeburgensis.*

*Mabil. Act.*  
*Sæc. V.*  
*p. 565.*  
*Sup. Lib.*  
*XLVII. §. 51*

† Regis.

Omniū primi Sclavos convertendi laborem in se susceperunt novæ Corbejæ Monachi, qui compluribus eorum provinciis peragratis usque ad Rügam Insulam penetrarunt, eaque tota ad fidem perducta Ecclesiæ S. Viti, eorum Patroni, fundamenta jecerunt. Hæc ætate Imperatoris † Ludovici Germanici gesta. At Sclavorum Apostolus nullus illustrior fuit S. Adalberto, primo Magdeburgensium Archiepiscopo, qui etiam Fidem Christi Russis prædicavit. Quippe Olga, hujus Gentis Regina, tempore Constantini Porphyrogeniti Imperatoris Constantinopolim profecta, ibi Baptismum & Helenæ nomen acceperat, anno deinde nongentesimo quinquagesimo